



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciæ

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599

VD16 C 2803

Palatina Seu Heidelbergensia. In Heidelbergam Jul. Cæs. Scaliger.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

PALATINA SEU HEI-
DELBERGENSIA.

IN HEIDELBERGAM JUL.
CÆS. SCALIGER.

Nobilis Imperio Franconia dextra potenti
Belligero nulli Marte secunda viget:
Cùm victis ab se pepulit vectigal Alanis,
Libera Germano nomine Franca fuit.
Nec contenta suis angustis finibus (illi
Qua par virtuti terra futura foret?)
Egreditur: superat. Germani ô pectus honoris!
Victoris victos nomina ferre sat est.
Non aliunde venis: Francus ve est Hectoris ullus.
Quid petis à victo stemmata? tota tua es.

DUCUM PALATINORUM AD RHE-
num monumenta.

Robertus Bavarix Dux, Comes Rheni Palatinus, Romanorum Rex, justus, pacis & religionis amator, dignus Deo visus, qui pro Justitia pateretur. hujus sacre ædis & collegii institutor, hic cum castissima conjugè Elisabetha, Norici Montis Burggravia quiescit. vita functus anno Christi 1410. Cal. Jun. xv.

ANNO Domini 1449. die Hippolyti obiit Illustriss. Princeps Dominus Ludovicus junior, Comes Pal. Rhe. sacri Imperii Romani Archidapifer, Princeps Elector, Bavarix Dux, cujus anima requiescat in pace.

Germania meritò luget funus Illustrissimi Domini Lodoici primi Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavarix, Sacri Rom. Imperii Archidapiferi, Principis Electoris, qui propter multas discordias tumultusq; per se cum summa prudentia, tum sumtu sedatos Pacifici nomen meruit.

Obiit

Obiit decimosexto die Martii, Anno Domini **MDLX**
 XLIV. ætatis suæ **LXVI**. cui Deus misereatur in æternum.

Illustrissimus Dominus Philippus, Comes Palatinus
 Rheni, Baviaræ Dux, ac Sacri Romani Imperii Archida-
 pifer, & princeps Elector, hinc quiescens, obiit die vicesi-
 mo octavo mensis Februarii, Anno Christi 1508. cuius
 anima requiescat in sancta pace.

Illustrissimo Principi ac Domino Domino Friderico
 secundo, Comiti Palatino Rheni, Duci Baviaræ, sacri Ro-
 mani Imperii Archidapifero, Principi Electori, qui obiit
 Alzæ Anno 1556. 26. Feb. ætatis 74.

Serenissimæ Heroinæ, regiaq; stirpe prognatæ, Domi-
 næ Dorotheæ Palatinæ Rheni, Duci Baviaræ, Regnorum
 Daniæ, Sueciæ, ac Norvegiæ Principi ac heredi: &c. Ele-
 ctoris contorali dilectissimæ. quæ obiit &c.

Fridericus tertius, Dei gratia Comes Palatinus Rheni,
 sacri Romani Imperii Archidapifer, ac Princeps Elector,
 Dux Baviaræ, &c. agnatis & consanguineis charissimis o-
 ptimeq; meritis, hoc monumentum gratitudinis ergo
 posuit. Anno 1562.

Anno 1501. 25. Febr. obiit Illustris Princeps Domina
 Margareta Dei gratia Comes Palatina Rheni, interioris
 superiorisq; Baviaræ Dux. cuius anima in sancta pace re-
 quiescat.

*Cætera qui circum lustras monumenta viator,
 Hæc quoq; non longa est, perlege pauca, mora.
 Si Ducis audita est forsân tibi fama Philippi,
 Clara Palatina quem tulit aula domus.
 Qui modò Pannonicam defendit ab hoste Viennam,
 Et solvit trepidos obsidione viros:
 Tunc cum Threicii vastarent omnia Turca,
 Et tremarent subito Norica regna metu.
 Mox etiam implevit magnum virtutibus orbem.
 Unus hinc armis, utilis inde toga.*

*Illius hac tegitur corpus venerabile terra,
 Hic animam, hic vitam reddidit ille Deo.
 Quod te si pietas, si quid movet inclita virtus,
 Junctâq; cum summa nobilitate fides:
 Huic opta ut cineres placida cum pace quiescant,
 Conditâ nec tellus durior ossa premat.
 Nam pius ad cælum sublatus spiritus arces,
 Cum Christo vivit tempus in omnesus.*

Decessit IV. non. Julii, Anno Domini M. D.
 XLVIII. Ætatis suæ XLIII. cujus P. F.
 memoriæ Dux Otto-Heinricus Comes
 Palatinus frater amantissimus, M. H. F.
 C. An. Domini M. D. L.

Illustrissimo Principi ac Domino Domino Wolfgan-
 go Comiti Palatino Rheni, Duci Bavariæ, &c. Philippi E-
 lectoris filio, inter eos qui ad justam ætatem pervenerunt
 natu minimo, Principi bonitate ingenii, honesta frugali-
 tate, avitisque moribus servandis præstanti, & sorte sua
 mediocri per omnem vitam contento, Illustriss. Princeps
 Frid. tertius Elector hoc monumentum consanguineo
 charissimo fieri curavit.

*Natus est anno M. IV. C. XCIV. ult. Octob.
 exemptus rebus humanis 2. April. Anno
 M. D. LVIII.*

Illustrissimorum Principum, Equitum auratorum, Ru-
 dolphi ac Ludovici Comitum Palatinorum, Bavariæ Du-
 cum, ac S. Rom. Imperii Archidapiferorum & Electorum
 lamentabilia deposita, altare quod cernis recondita tenet,
 lubrica fors rarum favorem brevitate gloriæ ac vitæ com-
 pensavit: & hunc tamen ex tantis fortunis rudem, etiam
 sanctum, tumulum concessit. Quorum prior tota patria
 illachrymante acerbo funere raptus est anno Domini
 1294. die 2. Febr. Alter anno 1319. die 11. Augusti.

Fridericus Bavariæ Dux, Comes Rheni Palatinus, S.
 R. I. Elector, salus patriæ, prædonum fulmen, tres illustres
 hostes vicit, principatum auxit, & piè è vivis excessit. An-
 no Christi

no Christi 1476. prid. Id. Decemb. Fuit ejus vitæ socia virtus; gloria mortis comes.

Anno Domini M. CCCC. LXXIV. ipso die Galli obiit venerabilis & Nobilis Dominus Fridericus, Illustrissimi Principis & Domini Domini Friderici Comitis Palat. Rheni, Ducis Bavariæ, S. R. Imperii Archidapiferi, ac Principis Electoris filius legitimus, Ecclesiarumq; Wormatiensis & Spirensis Canonicus. cujus anima requiescat in pace.

D I V O

FRIDERICO III. SAC. ROM. IMP. PRINCIPALI SEPTEMV. ARCHIDAP. COM. PAL. ad Rhen. Bay. Duci. modis omnibus, sanguine, familia, majestate vultus, dignitate, autoritate, virtute, pietate, rebus pro Patria, pro Ecclesia, pro CHRISTO præclarè & feliciter gestis: eoq; magni nominis, & egregiæ famæ per totam Europam, atque adeo per totum orbem Christianum celebritate verè ILLUSTRISSIMO: viro sanctissimo, humanissimo PRINCIPI, Heroi fortissimo, Patri Patriæ, piorum parenti, peregrinorum hospiti, fidelium pauperum nutritio, Christianarum Ecclesiarum protectori, instauratori: orthodoxæ doctrinæ propugnatori constantissimo, hæreticæ autem hosti capitalissimo: litterarum omnium, atq; inprimis piorum doctorum Mæcenati amantissimo: GLORIÆ ad summum Germaniæ, & AMORI MUNDI, CHRISTUM amantis. Qui pro CHRISTO nec sibi, nec suis bonis, fortunis, liberis pepercit. Qui post multos pro vera Religione exantlatos labores, multas & multorum devoratas injurias: qui denique postquam charissimum Filium JOHANNEM-CASIMIRUM, PRINCIPEM fortissimum, ac prudentissimum, paternæq; pietatis studiosissimum sectatorem, Defensorem indefessum, è GALLIIS cum incolumi exercitu, pace piis Ecclesiis impetrata, secundo reversum summo cum animi gaudio, publicaque gratulatione complexus xxv. Augusti excepisset: resq; paulo post in BELGIO optimo loco esse, atque ad Christianam pacem spectare intelle-

xisset, magna perfusus lætitia, ad cælum conversus, dixit:
 NUNC DIMITTIS SERVUM TUUM DOMINE (ò
 verū Domini servum!) SECUNDUM VERBUM TUUM
 IN PACE: Ac non ita multò post, superatis jam hostibus
 omnibus, oculis verò in unum JESUM CHRISTUM in-
 tentis, in eo, annum tum agens LXII. quietissimè obdor-
 mivit xxvi. Octobris, sub horam quartam pomeridia-
 nam, Anni M. D. LXXVI.

H. ZANCHIUS: quod habuit suæ suū in DOMINUM,
 optimè de se meritum, semperq; clementissimum PRIN-
 CIPEM observantiæ pietatis monumentum; hoc cum
 luctu posuit & lacrymis. Novemb. x. ejusdem anni.

PRECATUR AUTEM
 DOMINO cum primis LUDOVICO Primogenito, tam
 magni PRINCIPIS Filio, novo ELECTORI, PRIN-
 CIPIS ILLUSTRISSIMO, DOMINO suo clementissi-
 mo, eandē, quam & optimus PARENS accepit á CHRIS-
 TO, gratiam, pacem, & felicitatem sempiternam.

CONSTANTER ET SINCERE.

INGENUO LABORI ET
 SOLERTIÆ

D. D.

Conlegium hocce Casimirianum, religionis
 orthodoxæ, doctrinæ exquisitæ, fa-
 cundia singularis artiumq;
 liberalium
 fontem & seminarium,
 posteris principibus æmulationis
 exemplum,
 suiq; studii in Academicos, munificentia
 in studiosos auctuarii conlati in
 egenos testimonium,
 ad æternitatem Palatini nominis á fun-
 damento
 extrui fecit, absolvitq; Princeps providentissimus,
 eruditorumq; amantissimus

JOHAN.

HEIDELBERGENSIA.

305

JOHANNES-CASIMIRUS
Palatinus ad Rhenum Comes, Dux Bojorum,

FRIDERICI IV.

tutor, ac Reipub. administrator,

Anno Christi 1610. 10. xci.

EXULUM SUSCEPTORI
S.

HULDRICO FUGGERO

Raimundi F. Georg N. Jacobi pron. Kirchbergæ
& Weissenhorni Domino,

Qui in Paulli III. P.R. cubiculo veritatis lumen ex
familia primus & solus agnovit: vi-
tamq; privatam
ampliss. dignitatib. anteferre
didicit.

Dum veterum scriptis liberali sumptu comparandis &
evulgandis intentus á patrimonii admin. pro-
fusione prætextu dejicitur:

Apud Fridericum III. Electorem Palat. fortunam
constantia & æquanim. superavit.

Suis interea restitutus, fraternis quinetiam bonis au-
ctior, eundem in re lauta, quem in afflicta vul-
tum animumq; retinuit.

Annua pauperib. quingenta legavit: sex liter. studio-
sis stipendia constituit.

Bibliothecam pii exilii unicam comitem, Pala-
tinatui moriens donavit.

1610. 10. xxci.

Obiit xviii. Kal. Julii,

ætatis LIX.

hæredes & legatarii gratæ memoriæ
ergo

consanguineo & hospiti B.M.

hocce mon. P.

V

EXERCITIUM DUCTORI
S.PETRUS BEUTRICHIUS
MONBELGARDENSISCúm gentis suæ hon. tenuitatem virt. & erud.
fama illustrasset:Prud. & integritatis laudem ex variis lega-
tionibus retulisset:Francor. Regem liberas voces ferre ac
perferre docuisset:Helvetium militem industriæ con-
scripsisset:Gallorum cohortem per hostes infestos
Bonnam perduxisset:apertis occultisq; inimicorum ma-
chinis invictus,Sub ipsa Navarræ expedit.
contraImpiæ conjurationis Tyrannos susceptæ
initia

á Termax. Imp. lectus emigravit.

CLO. IO. XXCVIII.

prid. eid. Febr. ætat. an. XLII.

JOANNES CASIMIRUS C. ET

ADMIN. PAL. BAVARIÆ

Dux

Consiliario, Legato, Tribunoq;
meritiss. P.

ALIUD.

*Egregiam virtutem animi dextraq; valentis
Dum mecum tacitus cogito Beuteriche;
Hic Petrus, exclamo, forte Milesius ille
Pectore, Mopsopius vel Thrasymbulus erat.
Ni Thrasymbulus eras, Thrasymbuli cur mihi vivax
Applaudit celebri spiritus é tumulo?*

IN FRANCISCANORUM,
nunc erasa.

Tota pulchra es beata virgo Maria: & macula originalis peccati non est in te. sicut diffinivit sancta synodus Basiliensis, legitimè congregata. Anno 1444.

IN ADITU AUDITORII THEOLOGICI.

Hans von Laudebach ist mein nam/
Die ersten bücher druckt ich zu Rom.
Bitt vor mein seel/Gott gebe dir lon.
Starb 1514. auf sanct Steffan.

AD D. PETRUM.

DEO IMM. S.

Et virtutiae memoriae Olympiæ Moratæ Fulvii Moratæ Mantuani, viri doctiss. filia, Andreæ Grunthleri Medici conjugis lectissima: foeminae, cujus ingenium, ac singularis utriusque linguæ cognitio; in moribus autem probitas, summumq; pietatis studium, supra communem modum semper existimata sunt. Quod de ejus vita hominum judicium, beata mors, sanctissimè ac pacatissimè ab ea obita, divino quoq; cõfirmavit testimonio. Obiit mutato solo à salute D LV. supra millesimũ, suæ ætatis XXIIX. hic cum marito, & Æmilio fratre sepulta, Guilielmus Rascalonius M.D.B.B.M.M.PP.

IBIDEM.

D.O.M. TRINO ET UNI S.

ANDREÆ Grunthlero Suevisfordiano, magnæ peritiæ viro, Medico & Philosopho; qui simulatq; schola, in qua vix dum ab exilio profiteri artem cœperat, pestis metu hinc dissiparetur, solvi à corpore exoptavit, proq; voto solutus est, non tædio solo amissæ incomparabilis exempli sociæ, ac conjugis Minervæ suæ. Erat enim in omni fortuna homo modestissimus; sed ut ex densa hac rerum cœlestiũ ignoratione in lucem traductus, aberrationibus

V ij

Deum non amplius offenderet: hinc in spem resurrectionis quiescenti, sodalis sodali, medicus medico, Gulielmus Rascalonius posuit.

IBIDEM.

Hic quiescit corpus clarissimi & doctissimi viri de Ecclesia & litteris præclarè meriti DN. Victorini Strigelii Kaufbeurensis, piè defuncti, die 26. Junii, Anno Christi M. D. LXIX.

PSAL. XVII.

Ego in justitia videbo faciem tuam, satiabor cum evigilavero ad similitudinem tuam.

GULIELMUS XYLANDER AUGUSTANUS
alloquitur uxorem.

*Quo saxum struis hoc nobis fidissima conjunx?
Quo mea defuncti versibus ossa notas?
Æterna ipse mihi vivus monumenta paravi,
Præveniens fati fila secanda mei.
Sed tua te, video, pietas non ficta, fidesq;
Exstruere hoc nobis certa coëgit opus.
En quò progreditur? superat mala tempora fati,
Scilicet & verus funera nescit amor.*

Obiit x. Febr. ann. M. D. LXXVI.
Anno ætat. XLVI.

Extant ibidem indicia veteris epitaphii Rodolphi
Agricolæ, quod integrum tale fuisse perhibetur.

HERMOLAUS BARBARUS PATRIARCHA
Venetus in memoriam Rodolphi Agri-
colæ, summi viri.

*Invida clauserunt hoc marmore fata Rodolphum
Agricolam, Frisii spemq; decusq; soli.
Scilicet hoc uno meruit Germania laudis
Quidquid habet Latium, Gracia quicquid habet.*

IBI

IBIDEM.

*Siste gradum quisquis transis hâc forte viator,
Ut discas mortis tristia fata mea.*

Ego JOANNES RANZOVIUS, infelix puer, Henrici Ranzovii, Regis Daniæ, tam in Ducatu Holsatiæ & Slesvicensi, quàm Ditmariensi Gubernatoris filius, in hanc urbem literarum gratia cum Ducibus Holsatiæ, D. Fridrico & Philippo missus, peste correptus, & paulô post in vera invocatione Dei, Anno 1582. Octob. 17. mortuus, ac sine ceremoniis vespere, eodem die hîc sepulturæ datus, & sic humana ope destitutus, á Deo autem ex hac mortali vita, ad perpetuam immortalitatem evocatus, in patriam cœlestem locatus, & á parente tristissimo hoc monumento donatus, resurrectionem mortuorum, & reparationem omnium rerum exspecto.

Durum est extra patriam mori.

*Hic ego Ranzo a prognatus stirpe Joannes,
Mortuus humana conditione cubo,
Cimbria me genuit, sed non post fata recepit,
Sicq; peregrina sum tumulatus humo.
Hanc me pertraxit studiorum fervor ad urbem,
Principibusq; comes, nobilibusq; fui.
His licuit cunctis ad patria rura reverti,
Unum me reducem noluit esse Deus.
Sed bene mens etenim cœlesti sede recepta
Visitat aeterna docta Lycea schola.
Corpus humus tegit exanimum, dum suscitetur illud,
Extremi Christus tempore judicii.*

RESURRECTIONI S.

Mariæ Agricolæ Naumburgensi, inter mulieres sua ætate virtutibus nulli secundæ, artibus omnium consensu primariæ, quæ animam quoque agens, scientia divina, fiduciaq; summis Theologis, mœstiss. marito, cunctis assistentibus admirationi solatioq; summo fuit, Theodorus Semmelbeccerus Palat. Medicus, conjugii desideratiss.

V iiij

An. Sal. 1588. 3. Eid. Sept. ætat. 38. conjugii præmissæ, exoptans subsequi, hocce M.P.

EPITAPHIUM LECTISS. FEMINÆ
MARIÆ COVETÆ PARIENSI, CONJUGI
D. Danielis Tossani, positum a familia
cum lacrymis.

*Si virtus dira posset fera spicula mortis
Effugere, & mœstas funeris exsequias;
Musica si dulcis. morum si mira venustas,
Et pietas casta juncta pudicitia:
Non hoc tu mater tumulo contecta fuisses,
Conjuge deserto, pignoribusq; tuis.
Sed quum te morum vitæq; exemplar haberent,
Exemplar sanctæ nunc quoq; mortis habent.*

Obiit Anno C. 1587. Martii 28. æt. 43.
Vixit cum marito 22. an.

A L I U D.

*Vir doctus egregie & pius vir
Amabili Fridericus ingenio Widebramus
Docendo qui navavit operam Ecclesiis
Diu & scholis, defensaq; tulit carcerem
Ob vera, & exilium, hic quiescit.*

An. 85. die 1. Maji.

MEMORIÆ ET HONORI ADELHEIDÆ
CHRISTOPHORÆ HELMIÆ PITHOPCÆ,
MATRONÆ LECTISSIMÆ, UXORIS SUAVIS-
SIMÆ, LAMBERTUS maritus; matris carissimæ,
CHRISTOPHORUS, DANIEL & SARA, liberi,
cum lacrymis H.M.P.C.

Epigramma saxo sepulcrali insculptum.

Conditur sub hoc saxo corpus Adelheide & Christophoræ
Helmiæ Pithopcæ, Daventriensis, uxoris Lamberti
Pithopcei in Academia Heidelb. Professoris, quæ nō obiit
in patria, sed abiit in patriam die octava Septembris, an-
no Christi M. D. LXXXVI. Ætatis LI. Conjugii XXVI.

Alle hernach.

In picturam bonæ matris familiæ, imaginem ejusdem Adelheidæ, uxoris mihi, dum fata benigna sinebant, carissimæ.

Suspectans calum figo in testudine plantas,

Dextra tenet claves, os mihi lava premit.

Obiit Heidelbergæ, in meo & trium liberorum superstitū complexu, octava die Septembris, semisse horæ post septimam vespertinam, anno Christi 1586. ibid. largo per mœstas imbre fluente genas facieb. pridie Nonas Octob. anno eodem.

NON PROCUA SECKENHAIM PAGO
ad Nicrum in columna lapidea pyramidali.

Als man zalt nach Gottes geburt M. CCCC. LXII. jar / auf sanct Paulus gedächtnistag / sind auf diser wallstat durch Herzog Friderich Pfalzgrave bey Rhein / 2c. vnd Churfürsten nider geworffen worden Herr Jörg Bischof zu Metz / Marggrave Karl von Baden / vnd Grave Ulrich von Wirtemberg / mit einer mercklichen zal ihrer diener / Graven / Herren vnd knecht. Vnd denselben / die in solchem geschefte tod blieben sind / wolle Gott barmherzig seyn / vnd auf denselben / 2c.

NEAPOLI NEMETUM.

Conditum hîc est corpus Zachariæ Ursini Vratislaviensis, Theologi sinceri, propulsatoris hæresium de persona & cœna Christi, voce & stylo, acerrimi, philosophi acuti, viri prudentis, moderatoris juventutis feveri, evocati ex hac vita anno Domini 1583. ætatis suæ 49. die 6. Martii.

Memoriæ & honori collegæ in Christo carissimi, & optimè meriti,
Neapolitana Nemetum Schola, gratitudinis ergó P.C.